

### Distinctionis III

### Sermo I

et munera sunt de factis eorum magis solliciti. Ergo tu si vis euadere duram sententiam illius iudicij studias portare tecum bonum instrumentum, id est bona conscientia: cuius littere sunt bona opera; sed caue ne sunt falsa sicut sunt opera hypocrita. Item procul disti, sicut Christus est pauper cui bene fecerit. Quod enim ex minimis meis fecisti interibi fecisti. *Matt. xxv.* Unde salarium huius procuratoris est elemosyna pauperibus? *Ita.* Sicut enim ut habetas bonum ad vocatum quos sanctos quos habueris in speciali devotione. Et munera eis missa erunt orationes eis facte: vel reverentie vel quecumque bona ad reverentiam et honorum eorum facta precepit in festis eorum. Et possunt esse ad vocati pro te in curia celestionum soli viri prout sunt in curia mundi: sed etiam feminine, i.e. non solum sancti: sed etiam sancte. *Hoc ergo sunt illa que si tibi paraueris inuenies tibi iustum causam: et inuenies bonum iudicium.* Unde dicit *Ecli. xviii.* Ante iudicium par iusticia. Et sic recipies non sententiad damnationis: sed iudicium approbatonis et remuneracionis eternae glorie. Ad quam nos perducat Iesus index misericordie: die. Amen.

*Explicit distinctionis secundae: que egit de morientibus: et eorum conditionibus.*

*Incipit distinctionis tertia: in qua tractatur de vita et morte: et de conditionibus verius: cui sunt sermones octo.*

*De necessitate moriendi que omnes angit.*

### Sermo I

**Q**uis est homo qui vivet et non videbit mortem? *p. lxxvii.* Si eni in Boethio dicit in libro de solatio epistole. Omnes a mortalitate ueri laborant. Mortes vero pernicietes deuinit. Sed neque homo aut aliquis auctor potest vitam suam semper conseruare: neque finaliter ipsa mortem vivere. Quoniam enim homo in statu innocentiae non ex natura sed ex dei gratia esset immortalis. Id est quod poterat non mori: propter peccatum tamen primi hominis ipsius cui tota posteritate sua facti sunt mortales: id est necessitatibus mortis addicti. Propter quod apostolus dicit *Rom. v.* Propter vitam hominem peccatum intravit in mundum: per peccatum mortis: id est moriendi

necessitas. Et hoc est quod prophetas inquirit in verbis propositis dicens. *Quis est homo qui vivet: scilicet semper: et non videbit id est non experietur aliquando mortem?* quod nullus sic ergo de duobus inquirit.

*P*rimo de vite perpetuitate: cum ait quis est homo qui vivet?

*S*econdo de mortis evitabilitate: cum ait et non videbit mortem?

### Est ergo prima questio

utrum vita hominis posset semper perpetuari? Ad quod responderi potest quod duplex est vita hominis. Una corporalis fin natura, et alia spiritualis fin gratia. Prima vita scilicet corporalis fin natura perpetuari non potest. Et ratio est: quia in quolibet aiali est consumptio et restauratio. Consumptio per actionem caliditatis: restauratio per receptionem alimentorum. Si enim non esset ibi consumptio non posset corrupti nisi ab agente exteriori per violenteriam: et non ex pugna quam haberet in seipso. Et sic non esset necesse naturaliter ipsum corrumpi. Rursus si posset tale restaurari: quale est illud quod desperdit: posset semper perpetuari in vita aiali. Sed his duobus concurrentibus: quia est ibi continua deputatio: et illud quod restaurat per alimentum non est ita purum sicut illud quod desperdit: video necessitate est aiali corrupti. Nam si quis acciperet de vino quod esset in dolio et restauraret ibi de aqua: ad ultimum oportaret quod esset vini ita aquosum quod esset ibi corruptio vini. Sed si restauretur ita purum vini sicut exrrabitur inde: posset perpetuari huiusmodi dolium vini. Sic quod desperdit in aiali est magis purum quod illud quod restaurat: ad ultimum est caro ita impura quod non potest facere carnis opus: video necessitate est aiali corrupti. Et praeterea dicit *Ecli. ix.* Nemo est qui semper vivat. Nec obstat quod dicit *Sap. v.* Justi in perpetuam vivent: quia non loquitur de vita presenti: sed futura post resurrectionem: que quidem perpetua erit et incorruptibilis tam in bonis et in malis. Partim quidem ex natura: partim ex divina iustitia. Ex natura quidem: et cessante motu locali celi: quod est per talium motu quod est permutans non remanebit aliqd aliud agens quod possit per alterationem aliquam corporis hominis vel aliud: a sua naturali qualitate remouere: et omnia alia agentia secunda virtute ipsius agat. Et id post resurrectionem cessante motu celi: nulla

# H̄ermonū funebrīū

qualitas erit sufficiens ut corpus humanū alterare possit a sua naturali qualitate neq; per consequens corrumperet; cum corruptio sit terminus alterationis. Et ideo incorruptibilitas illa erit per naturā. sicut dicit sanctus thomas, non quod sit aliquid incorruptionis principii precipue in corporibus damnatorum: sed propter defectū mouentis ad corruptionem. Alio vero causa erit diuina iustitia: cui etiam natura deseruit. ut sez ipsi dannati non soli in aia sed etiam in corporibus possint perpetuo puniri: sicut in vero peccauerunt, quia hoc diuina iustitia requirit, sicut etiā in salutis requirit ut etiaz in utroq; perpetuo premiantur. In corporib; ergo sanctorū gloria est duplex modus incorruptionis et perpetuitatis. Unus per naturam sez ppter defectum mouentis ad corruptionem ut dictum est. Alio ut per gloriam quod si corpus hominis in statu innocentie incorruptibile erat ex eo quod contrarie qualitates in corpore hominis existentes continebant per gratiam innocentie ne ad dissolutionē corporis eius agere possent: multo plus continebunt in corporib; gloria que erunt omnino subiecta spiritui. Et ideo per gloriaz incorruptibilia et perpetua erunt. Unde scilicet in vita ista nemo est qui semper vivat: ita in illa furia nemo est qui vñq; moriatur. Ita quod iusti in perpetuū vivent: et reprobati etiā dannati, sicut dicit Apocal. ix. Desiderabunt morte fugier mors ab eis.

Et si tu dicas dannati sunt in summa miseria, ergo vide, quod mors que summa penarū est simili in iiii. ethi. non debet subtrahiri ab eis. Respondendum est quod quis si simpli citer maxima penarū: sed quid tamen nihil prohibetur morte esse in penarū remediis: et per consequens ablacionē mortis in penarū augmentū. Vivere enim ut dicitur, ix. ethi. videtur osibus delectabile esse: eo quod omnia esse appetunt. Non oportet autē ut ibidē dicit accipere malam vitam neq; corruptam neq; que in tristitia est. Sic ergo vivere simpli citer est delectabile: non autē vita que est in tristitia. Ita et mors que est puerio vite simpliciter est penosa et maxima penarū inceptū subtrahit priū bonum scilicet esse cum quo omnia alia subtrahuntur. Sed inceptū priuat malam vitam et que est in tristitia est in remedio penarū quas terminat. Et per consequens mortis subtractio est in augmen tum penarū quas perpetuas facit. Si autē

dicatur mors esse penalē propter corporalem dolorem quē sentiunt morientes: non est dubium quin in ultimo malo: est dolorē dannati continuo sustinebūt, unde in perpetua morte esse dicuntur. sicut scriptus est in ps. cxvii. Prode depascet eos, illa vero vita est spissitudinalis quia anima vivit deo per gratiam et charitatem, sicut dicit i. Joh. iii. Scimus quoniam translatis sumus de morte ad vitam et quoniam diligim. Et ista vita non perditur nisi per peccatum mortale, et ista bene potest perpetuari: sicut perpetuatur in innocentib; qui nunquid mortaliter peccant, et fuit beata virgo, beatus iohannes baptista et plures alii. Nam de beato petro martyre de ordine fratrum predicatorum testatur innocentis papa quod nunquid sensit contagium mortalis peccati: et tales vita spiritualē gratie nunquid amiserunt per mortē culpe. Et ideo ex persona cuiuslibet talius dicebat propheta in ps. cxvij. Non moriar sed vivam. In quib; quidem verbis duo multū desiderabilia se habiturū promittit.

Primo preservationem a defectu culpe: quia inquit, non moriar.

Secundo conservationem in statu gratiae: tunc ait, sed vivam.

Circa primum attendendum est quod quattuor accidentia sunt quibus corpora preservantur a corruptione nature, que etiā spiritus: si modo accepta preservant aiam a corruptione sine morte culpe. Quoniam est enim calor siue caliditas precipue intensa. Res enim multum calide non patrescantur precipue cum siccantur, ut piper et galanga: zinziber autem patrescit propter innatum humidum. Similiter aqua quodiu feruet non patrescit: quia calor ignis maior est in ea quod calor aeris: ideo non vincit sed vincit. Similiter aia a corruptione et morte peti que fit per temptationes preservant per fermentum orationem. Unde dominus bortabat discipulos suos Luce. xxij. dices. Orate ne intritis in temptationem. Quinque figura habetur Isa. xxviii. in Ezechia regge: cui propheta dicerat. Morieris tu et non vivies. Sed post fermentum orationem quam ezechias fecit, ppba dicit ei. Ecce dicit dominus parvus tui. Audiri oratione tuam et vidi lachrymas tuas. Ecce ego adiiciam super dies tuos annos, xv. Unde sicut uina oratio feruens preservauit ezechiam a morte corporali et augmentauit vitam: ita orationes multe continue et fermentantes preservant semper

# Distinctionis III

## Sermo I

santos viros a spirituali morte peccati et augmentant eis gratiam ex qua est spiritualis vita. Secundus quo prese: uanum aliqua a corruptione putredinis est frigiditas sine sit ad intrinsecu sive ab extrinseco. Nam si frigus sit extrinsecu precipue est impediens, quod per se repugnat calido alieno et extrinseco. Unde in hyeme et uinuerat in aere frigido conservant corpora, quod calidu extrinsecum est parum et frigus sibi contrarium est multum. Nec in talib' apparet motus putrefactionis nisi recedente frigore. Si autem est frigus intrinsecu sic etiam impedit putrefactionem; quod coagulat nec permittit illud exhalarare, sicut est in omnib' metallis frigido coagulatis in quib' frigus claudit poros et vincit calidu extrinsecum de humido ali quid exuder nisi parum ut quando generatur rubigo. Et maior est in eo duratio; quia eius humidu naturale magis constat. Tantum frigus extrinsecu est tribulatio mundi seu afflictio carnisca calore extraneu id est ardorem concupiscentie seu luxurie; que extra neam carne concupiscit; mitigat vel extinguit. Non uideatur Eccli. xi. Malitia vni hoze oblinione facit luxurie. Et ex hoc preseruat etiam a morte aie; de qua dicit Rom. viii. Si enim carne uixieritis moriemini; si autem spiritu facta carnis mortificaueritis uiuetis. Sed tantum intrinsecu frigus extrinsecum refrigerio contemplatione celestium. Nec enim qui poteris vel poti' poros, et corporis sensus claudit, hec est quod denotomis humorē coagular nec exhalare permittit; hec insuper est que calor et extraneu id est amor mundi superat et vincit. Quia aia; sicut dicit Grego. quanto maiori studio exercet ad summam; tanto maiori fastidio frugescit ad infima. Unde licet talis contemplatio faciat uideri hominem mortuum mundo; non permitte in hoc in morte deo. Unde talib' dicebat aplius Collos. iii. Mortui enim estis et uita vestra abscondita est cuiuslibet in deo. tertium quo preseruat res a corruptione et putrefactione est mobilitas. Nam aqua vel uinu mouet impeditur putrefactio, eo quod calor naturalis excitat a motu; et non preualeat ei calor extrinsecus. Unde uini potens efficiat melius ex motu; et calor naturalis magis digerit subtile humidum, ex quo etiam sapor meliorat. Et fedu uini uinum et motum etiam si sit corruptum quadog reuertit et reparat. Et econtra uinum non poteris soli expositi corrupit

in acetum convertit, quod dum calor extensor exinanit calidum interius et humidum subtile exhalat cui ipso et perit uinu. Similiter mobilitas obediens vel motu frequens honorum operum preferuat aiam a petri putredine; ad quam pigricia et otium inducit, quod multa malitia docuit octoletas, ut dicit Eccli. xxiii. Unde Lexitia. xxii. Custodiatur precepta mea ut non subiaceant petro et moriantur. Quartus autem putrefactione impediens est continuatas. Non mare totu non putreficit; sed diuisum per partes paludales putreficit. In natura lib' enim multiplicato subiecto multiplicatur qualitas et uiria. Et ideo totu simili pl' poterit continere quod calor aeris possit dissoluere; si in ipse partes sint in toto continentes alias non, quod videmus. Quod grana multa et germina simili adunata citius putreficit quod pauca, propter hoc quod illa grana non sunt continua; et cum sint parua egreditur naturale calidu ab uno quoque eorum et trahit secum humidu et calidu extens fit alieni; et cum exit a multis cōfortatur et corrupit. Ita quod est continuitas cōcordie et uirtutis amio; si inter bonos uini iuuat alium ad conservandum se et preferuādū a malis; si uno uincit separat se ab uiritate et continuitate charitatis et dilectionis per quam mensa et uocatio in ecclesiis conlectum et uinunt; necesse est ut moriat et corrupit sicut et mēbris secundum paratus a corpore, propter quod dicitur Job. iii. Qui non diligit maner in morte. Secundo in suāce p's. superius inducta agit et conservatur in statu greciū dī, sed uina. Ubi notandum quod sicut bona nutrimenta conservat uirā corporalē. Uā sicut dicit p's. tādū uiuit atal quod dū potest suscipere nutrimentū. Sic quoque bona opera conservat vitā spiritualē, sicut ignis seruatur per nutrimenta lignorum, quod vita spiritualis est in amore charitatis quod nutrit per bona opera sicut ignis per ligna. Huiusmodi aut sunt opera p's. et opera obedientie; et opera iusticie, et hoc est quod dicitur Eccl. xviii. Si ergo p'mia ab oib' percat lūs, ecce opera p'mie. Et custodierit opera precepta mea, ecce opera obedientie. Et fecerit iudicium et iustitiam, ecce opera iusticie, sequitur. Si tamen uictus et non morietur. Dicquid opera p'mia defendunt ab oib' piculo petri. Et ideo dicitur Licut. xiiii. Nisi p'mia egerit usq' simili p'bitis. Nostra si aliquis esset scriptus in libro cōdenationis alicuius dñi seu ciuitatis, propter peccatum suum ut caperetur cu' forbannitus seu exilius et suspenderetur si posset teneri; multum ganaderet si posset deleri de libro illo; et posset

# Hermonū funebrī

esse securū in domo sua. Sic certe peccator est scriptū in libro cōdēmnamōnū dei cū for bannitis exulantibus a curia paradisi: iudicatus ad mortē, q̄ stipēdā peccati mors. **R**ōm. vi. Et tamen si vult penitēre et cōuer ti ad dñm per veram pēnitētiā debilitur de libro condēnatiōnū; et erit securū de sen tentia peccati sui. Et iido dicitur Act. iii. Pe nitēmini et cōuertimini ut deleanſ peccata vestra. Opera autē obediētē custodiūt ab incursu omis mali. **A**nde Ecl's, viii. Qui custodit preceptū non expierit quicq̄ mali. Nota quando fit preceptū alicui qđ non importat magnam penam non multū cura tur; sed quando intumatur magna pena vi te vel mortis: multum timet. Sed de trans gressionē diuini precepti incurrit pena eterna: et nulla finaliter inuenitur utilitas, et ideo multū debet vitari. **P**aralip. xxiii. Quare transgredimini preceptū dñi qđ vobis non proderit? Opera autē iusticie protegunt ab omni calūnia et impugnatōne aduersarij diaboli. **A**nde in psal. cxviii. Fe ci iudicium et iusticiam nō tradas me calū niantibus me. Nota qđ si aliquis esset in ho micidio deprehensus et coniunctus: nō esset magnū iudicij nec magna iusticia abscondere et aurem p̄t̄ debere adiudicari morti et ad supplicij trahi. **S**ic peccator debet trahinari in confessione: confitendo per fæctū totū processum peccati et diuinitati em et circumstantias: deinde debet suspen di per satisfactionē ligando oculos contra aspectus illicitos: et cor contra inordinatas affectiones: manus post tergum ne curvat post peccata p̄terita. Et chorda in col lo debet esse cum tribus chordonib⁹. Ics qđ habeat puram conscientiā: asperā penitētiā: et matrāz compositionē. Et sic fieret verum iudicium et vera iusticia que sufficeret deoꝝ que ipm̄ peccatorem iustificaret et beatificaret. **A**nde in psal. cv. Beati qui custodiunt iudicij et faciunt iusticiā in omni tempore. Sed post meriti dictōrum in au ctōritate **E**zechielis superius inducta adiū gitur et premiū: quia vita viuet. Nota quan do aliquis est ingressus aliquā religionem debet si vult religiose vivere et se in sancta religione conseruare: custodiare et obsernare statuta regule sue et sui ordinis, quia in talibus obseruatiōnibus custoditūr vita anime sue: et vitatur mors culpe. **A**nde debet dicere il lud. **E**sa. xxxviii. Domine si sic viuītur: et in

calibus vita spiritus mei.

## Secundo in auctōri

tate principali id est in themate proposito inquirit propheta de mortis euitabilitate scilicet quis est homo qui viuet et non videbit mortē. **O**bvi aduertendus est qđ si loquamur de morte corporali facilis est huius questio nis solutio, quia nullus est qui non videat mortem. id est qui non experiat mortem. **E**ccl. vii. Omnes morimur et in gaudium volumn⁹ venire s̄c eternae beatitudinis: quā quidē omnes volunt: sed non omnes ad eam peruenient iniqui non omnes tenent rectam viam sc̄ bene viuendi. Sed si loquamur de morte spirituali et finali que erit in privatōne vite eterne et in cruciatu gehennae: sic ista questio determinat a christo. **J**ob. viii. Job dixit christus. Si quis sermonē meum ser uauerit mortē non videbit in eternū. In quibus quidē verbis duo de sua doctrinā na dominus noster ostendit.

Primum est qđ inquirit obedientiam: cum dicit, si quis sermonē meū seruauerit,

Secundū est qđ habet infinitū efficaciam quia mortē non videbit in eternū.

Circa primum notandum qđ valde detestabilē est qđ homines multū curant de salute corporeis: nihil de salute anime respectu. Nā quādo medice⁹ dicit aliqua esse facienda ad salutē alicui⁹ infirmi: statim festinant face re illi quib⁹ dictum est: nihil p̄termetit de his quia medicus dixit esse necessaria fieri. Et ecce tota die auditus verba et sermo nes medici celestis christi de his que necessaria sunt ad salutē anime vestre ut nō moriatur in eternū. **S**ive de medicina charita tis, ut cū dicit iuniatū. **A**ucc. vi. Diligite inimicos vestros: benefacie his qui odes runt vos. **S**ive de medicina equitatis, ve cum dicit vñraris vbi paus. Date mutuū nihil inde sperantes. **S**ive de medicina pietatis, ve cum dicit Luce. xi. Qđ superest da te elemosynā. Et sic de alijs multis que mā dat fieri ad salutē animarū vestrarū: qui tñ nihil horum faciuntur de seruando sermone nihil curatis. **S**ed ego dico vobis causam unde accidit vobis hoc malū: quia totū p̄cedit ex defectu amoris. Nam quando alij quis non diligit aliquē: solet dicere, Ego n̄ hil facerem eo: unū que ip̄e diceret mihi. Et ista est causa quare homines non faciunt ea que spiritus dicit nec sermonē eius servat

### Distinctionis III

quia non diligunt eum, sicut ipse Christus dicit Job, xiii. Qui non diligit me sermones meos non servat. Et contrario, qui multū diligēt amicū facit illa que scit sibi placere, sicut sunt illa que ipse mandat quod faciat, quia probatio dilectionis exhibitiō est operis, sicut Gregorius dicit. Unde etiam ipse dicit Job, xiii. Qui habet mandata mea et servat eas illae est qui diligit me. Debet enim ante servare id est doctrinā eius servare. Primo per fidem et iugem meditationē. Proverb. xxiij. Appone cor tuum ad doctrinā meam que pulchra erit tibi cū seruaueris eam in corde tuo. Item per operis impletione. Et de talibus sic servantibus commendat se dominus Job, xv. dicens. Si sermonē meum seruauerunt vestrum seruabunt. **H**ecce do ostendit dominus doctrinę sue efficaciam, quia si quis seruauerit eam morte non videbit in eternum, id est non experietur morte eternam. Sicut enim homo quidam conseruat lucem non experietur tenebrastita quidam seruat vitam non videt mortem. Sed verba Christi vita sunt, hī illud Job, vi. Verba quae ego locutus sum vobis spiritus et vita sunt, et idea quidam homo seruata ea non experit mortem. Item quia verba Christi seruata perdūcit ad vitam eternam; quā qui adipiscitur non videt mortem in eternā id est evadit morte eternam. Consistit enim vita eterna in visione seu cognitione dei. Hī illud Job, xvii. Hec est autem vita eterna ut cognoscant te solum deum verum. Huius autem cognitionis seu visionis quasi quoddam seminarium principiū est verbum Christi, quia ipse dixit quod semen est verbum dei. Sicut ergo qui seruat semen arboris aliquando peruenit ad fructum, ita ille qui seruat verbum dei peruenit ad visionem dei, quae est vita eterna. Unde petrus dicit Job, vi. Hie ad quē ibimus. Verba vite eternae habes, id est vite eternae inchoatiuarel ad vitam eternā perducta. Eccl, xxiiij. Qui operantur in me non peccabunt, et qui elcidant me vitam eternam habebunt. Elucidant me scilicet non tantū verbo docendo sed magis opere implendo. Nam sicut dicit Gregorius nazarenus. Clara illa sapientia est non que in verbis volat, sed quod in virtutib[us] constat. Item verba Christi auditā causant in nobis fidem, quia sicut dicit Bonaventura. Fides ex auditu, et auditus per verbum Christi. Sed seruata faciunt nos iustiūti. Lc. iiij. Apparuit benignitas et huma-

### Sermo II

nitas saluatoris nostri dei omnibus hominibus erudiens nos, ut abnegantes impietatem recte et qui ita vivit et habet rectam christi fidem euader morte eterna. Unde Job, xi. Omnis qui vivit scilicet quo ad proximum p[ro]m[oti]o[n]em quod ad deum, et sobrie quo ad seipsum, et credit in me scilicet vera et formata fidei non morietur in eternū, id est non erit in morte eterna pene infernalis, quia erit in vita eterna sempiter nisi gaudens. Ad que eterne felicitatis gloria dia gloriosus Iesus eterni patris unigenitus dilectissimus sua pietate nos perducere dicit. Sicut Amen.

**D**e comparatione vite ad mortem. Ser. II

**E**lior est dies mortis die nativitas, Eccl's. viiij. De his rebus que in hoc seculo et in mundo accidunt: multi propter defectum cognitionis decipiuntur, quia quedam videntur interdum esse suis contrariis meliora; que tamen sunt deteriora et contra. Sicut sauli et populo expugnato amalekites videntur melius reseruare meliora pecora ad sacrificandū ea quod occidere et projicere sicut manus dauerat deus. Unde ait saul samueli. Peperit populus melioribus ovinis et armentis ut immolarent domino deo tuo, reliqua vero occidimur. Et tamen samuel ostendit quod fuit deteriorus dicens. i. Reg. xv. Numquid vult dominus holocausta victimas et non potius ut obediatur vocis domini? Melior est enim obediētia quod victimae et aufertare magis quod offerre adīpem arietum. Item consilium quod dedit chusii absalonii contra consilium achitofel: videntur est absalonii et suis quod esset melius et utilius pro se. Unde dicit. i. Reg. xvij. Quod dicit absalon et omnes viri israel, melius est consilium chusii arachidei consilio architofel. Et tamen ex facto postea ostendum est contrarium, scilicet quod fuit periculorum et mortiferum. Unde dicit ibidem, quod domini mali dissipatum est consilium achitofel utile ut induceret dominum super absalonem malum. Sic videtur cōmisererit hominibus, quod melius sit esse dūnitatem quod pauperem, et quod melius sit habere multū et deteriorē habere parum. Et tamen in ps. xxxvi. dicit contrarium, quod melius est modicū iusto super diuitias peccatorum multas. Et etiam Proverbioz. xv. dicit contrarium, quod melius est pauperrum cum timore domini quod thesauri magni et insatiabilis. Sic ergo similiter accidit de vita et de morte, quia quidam seculariter vivent

## H̄ermonū funebrīū

tes domino dicunt vitam meliorem esse morte. Quorum ratio esse potest, quia nihil dicitur nisi bonum, et magis bonum magis diligitur, et illud maxime diligitur quod maxime custoditur. Et hoc in platis et animalibus videoetur esse. Unde planeta radice continua ubi est vita eius abscondit sub terra ut melius custodiatur a contrario. Et serpens precipe custodit caput homo cor. Juxta illud Proverbij, iiii. Omnis custodia serua cor tuum: quoniam ex ipso vita procedit. Sed sapientes viri quedam altera considerantes teneat contrariam sententiam. sicut apparet in verbis propositis ex auctoritate salomonis qui ait, quod melius est dies mortis die nativitatis.

**A** In quibus quidem verbis ad nostram instructionem loquitur de tribus. **P**rimo de humane vite terminatione, quod loquitur de die mortis.

**S**econdo de eius inchoatione, quia de die nascitatis,

**T**ertio de virtutibus comparatione, quod unum melius alio,

**D**oquiritur ergo primo de terminatione humane vite: cum dicit dies mortis. Quando aliquis certus est quod debet sibi euenire aliqd infallibiliter, quod si non sit premunitus debeat sibi inferre maximum periculum: sed econtrario si sit premunitus possit sibi nihil vel parum nocere: sed nescit quando illud debeat contingere: semper talis est in timore: est semper sollicitus se presumere contra illud, sicut est de exercitu qui expectat insulatum hostium poteriu. Sic est de die mortis, quod infallibiliter est unicus venitus; sed nescitur quando: scilicet qua septima uarvel quo mens vel anno. Et si inuenit mors imparatum: perducit ad eterna tormenta: preparato autem et armis penitentie premunito: parum vel nihil nocere potest. Et dico parum propter privationes vite corporalis: que parum est respectu vite eternae. Et ideo diem illum quilibet debet timere et ad ipsum semper se sollicite premunire. De quo habetur figura Genesij, xxvij in Iсаac, quod dicit efaу filio suo. Vides inquit per seueriorum: et ignorare diem mortis mee, sum arma tua: pharetrum: arcum: et credere foras.

**B** In quibus quidem verbis de die mortis quatuor conditiones ostenduntur.

Primo quod quibusdam est propinquus; sicut

semibus, et hoc tangitur cum dicit, vides per seueriorum. Genesij enim communem cursum nature propinquiores sunt morti quam iuniores. Frequenter tamen accidit aliter ex imperiis fortune vel casus, quia mox aliquando citius inuidit iuniorum quam senem: immo forte plures moriuntur iuniores quam senes. sicut de aialibus accidit quod plures occidunt agni quam preceps. Et ita citius frangit vas nouum quam antiquum. Et similiter citius scandit arbor iuniorum quam antiqua. Sed licet ita accidat tamen hinc communem cursum nature quanto senior tanto morti propinquior. Unde apostolus Hebrews, viii. Non antiquatur et senescit: prope intersum est. Et ideo senex est sicut castrum expugnatum: cuius muri partes contineantur, et ide deberet se reddere per penitentiam in manu boni domini scilicet dei misericordis: quod dicitur terminus vite ut posse se reddere, ut ex dilectione non captiatur castrum corporis a morte: et habitator eius id est anima veniam in iram domini: et tradatur in manus hostis crudelis scilicet diabolus: et ducatur ad carcerem infernum ad perpetuum cruciatum. Job, xxii. Cum autem seuerioris scilicet in peccato, alius cingeret se, scilicet diabolus: alligando cingulo petat: et ducet te quod tu non vis, scilicet ad infernum. **E** Secundo ostenditur in auctoritate predicta quod dies mortis est occulus, et ideo dicit de auctoritate predicta, quod ignoratio diem mortis mee. Hec est communis ignorantia omnis quia scilicet ignorat homo quo tempore vel die mori debet. Et hec ignorantia bonis quidem et prudentibus viris est ad maiorem cautelam: quia ex ipso quod ignorante quodam debet aut mori: cogitant quod omni die et omni hora potest mori advenire eis. Et ideo magis vigilant ut semper inueniantur parati. Enim ille Matth. xxv. Vigilare quia nesciunt dies neque horam. Sed imprudentes et peccatores homines ex hac ignorantia accipiunt stultam spem: et periculosa audacia. Nam quod nesciunt quando debent mori: sperant se diutius vivere: et hoc accipiunt maiorem audaciam peccandis: et in peccatis permaneant. Ita quod frequenter mors talibus ex insperata superuenient subito preoccupat eos. Et sic peccatores alligatos ad eternum interitum mittit: sicut accidit illi dimiti de quo Luke, xii. dicitur, quod dicebat animos suos. Anima habes multa bona posita in annos plurimos: res quiesce comedere: bibere: epulare. Dicit autem illi deus. Stulte haec nocte animam tuam: res

### Distinctionis III

petent a te. Que autem parasti cuius erunt? Et hic conatur alia ignorantia auaricia quia non solus ignorat diem mortis suae; sed etiam sicut dicit in ps. xxviiij. Absentiarat et ignorat eum congregabat ea. **D**uerte quod homo habet triplicem ignorantiam: si triplex tempus. Est enim tempus ante mortem: et tempus mortis: et tempus post mortem. In primo tempore ignorat homo quid sibi debet at contingere. De secundo scilicet de tempore mortis nescit quidam debet esse, quia nescit numerum dierum vite sue. De tertio scilicet post mortem ignorat etiam quid sit futurum. **E**cclia triplex ignorantia deberet hominem ab omni ambitione retrahere. Primo quia vnde credit exaltari frequenter contingit eum depauperari. Secundo quia mors omnem dignitatem terminat et depauperat. Tertio quia post mortem qui maiora ambierunt et habuerunt: magis punientur. Unde de his dicunt Eccl. vii. Quid necesse est homini maioria se querere: cum ignoraret quid conductus ibi in vita sua numero dierum peregrinationis fuerit tempore quod velut umbra praeterit. Aut quis ei poterit indicare quid post eum futuri sub sole sit? Que auctoritas breuiter sic exponitur. Quid necesse est tamen. Et subdit pro causa triplicem ignorantiam. Prima quia nescit quid inde debeat sibi continere ante mortem. Unde subdit. Cum ignoraret quid conductus sibi scilicet ipsa dignitas vel ipsa ambitione in vita sua, quia fortuita conderetur in magna dilectione. Secunda ignorantia est in numero dierum vite sue: quia quis dies hominis apud deum sunt numerati: tamen homo nescit quoniam nec quando debent terminari. Unde ps. xxviiij. Non sum mihi factus finem meum. Et numerum dierum quia enim? Et frequenter decipitur homo de tempore scilicet vite sue, quia velut umbra praeterit: ita quod cum finitur homo crescat. Et toti hoc debet homini retrahere ab ambitione: cum vita ait terminetur: et finis eius ignoratur. Tertia ignorantia est de eo quod seniatur est post mortem: quia quis ei poterit indicare quid post eum venturum sit. scilicet super eum an pene an glorie. **D**icitur vero conditio dicti mortis est: quod est valde misericors: quod tangatur in auctoritate inducta: eo ipso quod nominat diem mortis. Ex eo videlicet quod ad mortem quatuor valde miranda consequuntur. Primum est quod stabilis illud quod in vita hominis nunquam potuit

### Sermo II

stabilis scilicet voluntas eius. Nam omnes mutationes que sunt in actibus humanis a voluntate proceduntur. Quia ad imperium: et ipsa voluntas est maxime variabilis et instabilis. Et ratio huius est: quia voluntas semper inclinatur et ordinatur ad bonum. Unde quicunque vult aliquid: vult illud propter aliquod bonum. Et ideo etiam ille qui fornicatur vult bonum: quia vult delectationes et non peccatum: vel diuinam offendit. Et vivarius non vult peccatum: sed lucrum. Et homicida non vult peccatum: sed vult honorem et vindicare. Et si eos isti claudunt cor ad peccatum et appetunt ipsum ad bonum delectationis vel lucri vel honoris. Sic si hinc Diouysium semper voluntas per se tendit ad bonum: quod nullum intendens ad malum operatur. Sed tamquam proprieatis peccator non excusat a peccato: quod sat illud opus per quod vel in quo conlectitur illud bonum esse malum et peccatum. puta fornicationem vel vivarium homicidium. Et sic illud quod factum est: et non sunt facienda mala ut evenerint bona. sicut apostolus dicit Rom. iij. Veritatem per se voluntas semper tendit ad bonum. Sed in hoc mundo non est in temporalibus rebus aliis quod purum bonum quin habeat admixtum aliis quid malum: vel pene vel culpe. Nam scientia boni probi in primo de aia est de genere bonorum: et ratione haberet cum labore studiis qui est penitus. Unde Eccl. iij. dicit. Qui addit scientiam addit et laborem. Similiter dignitas et potestas est boni honorabile et concupiscentiale: et tamen coetera annexunt ei iniurie vel aliquo iniurie. Pulchritudo etiam est quoddam: et omnis debeat ad quod plurimum sequitur malum concupiscentia vel vanaglie. Et id voluntas non firmatur in aliquo bono: quod in quantum est ibi bonum vult illud: inquit vero est in extremitate vel annexitate vel malum nolle illud. Et sic voluntas fluctuat inter diversa bona et appetendo bonum post bonum et sic in nullo satis bono firmari potest. Sed aduenit moris: ita firmat voluntate supream hominis quod nunquam postea mutat. Nam si moris homo in peccato ita firmatur in malo quod nunquam potest resurgere ad bonum: sicut nec dia bolus post casum suum. **U**nus Damaseus dicit quod hoc est horribilis mors quod fuit angelis casus. Si autem mortis in gloriam: ita firmat in bono quod nunquam potest flecti ad malum: sicut illud Eccli. xv. Firmabitur in illo: scilicet in ultimo fine: scilicet voluntas in fructuione summum bonum non flectet se ad alii quod malum contrarium seu peccatum. Et ideo dies mortis multorum debet pacauerit ut sit bona: quod est g. iij

## **H**ermonū funebrī

quando homo bene dispositus morit, quia tunc est vere bona; quia mittit ad fruitionē summi boni, sicut illud Eccl. vii. In die bona fruere bonis. Sed si homo moritur in peccato tunc est vere mala, quia mittit ad eternum malū. Et ideo ibidem subditur. Et diem malā preceau. Secundū mīrum quod facit mors est quia satiat illud quod nunq̄ in vita potuit satiare; et hoc est cor hominis. Anima est bona huius mundi non possent satiare cor hoīs. Et istud ostingit ex tribus. Primo ex eius capacitate. Nam nūbil satiatu nisi repleatur. Porret autem q̄ illud quod replet sit sūmī mensurā capacitatē illius qd̄ repletur, quia si vas esset caspax centum modiorū vini; non repleteatur de viginti. Anima autem homis est tan te capacitatē q̄ potest capere et continere in se deum. Et ideo dicit Augustinus animam dei capacem, nil minus deo replere potest. Sed respectu dei qui est bonum infinitum et immensum; tota vniuersitas creaturarum cuius sit finita et terminata; et finiti ad infinitum nulla sit proportio; est sicut quid minimū; et sicut gutta quedam bonitatis eius immensa. Etiam si omnia bona mundi haberet homo non possent satiare cor eius.

Secundo prouenit hoc ex rerum diversitate, quia bona huius mundi ut pecunia et similia sunt bona corporalia, anima autem res spiritualia est. Tanta autem est diversitas et proportionalitas rerum spiritualium a corporalibus q̄ inveniuntur se replere non possunt. Unde sicut tota sapientia mundi non repleret minimam bursam; ita tota pecunia mundi non repleret unam animam; et ideo non satiat animam. Propterea dicitur Ecclastes. v. q̄ auarus id est cor auari non implebitur pecunia. Et ratio est satis evidens, quia sicut medicina non sanat plagā nisi apponatur super plagam. Et tota aqua fontis non extingueret fistulam nisi biberetur et ingredere illuc ubi est puritus fistulus. Sic est de pecunia et alijs rebus corporalibus, quia ardor cupiditatis qui est in anima non extinguitur per liquorem qui est in ere; vel per pecuniam que ponitur non in anima sed in bursa. Tertio prouenit hoc ex cupiditate immensitate et infinitate. Nam sicut dicit Ecclastes. xxiiij. Anima callida quasi si ignis ardens, sed ignis nunq̄ dicit sufficiens quātū magis ligna apponuntur tanto magis ignis augetur; et non diminuitur,

vnde sicut ligna fulne sic ignis exardest. vt dicitur Eccl. xxvij. Et ita est de appositiōne dimitiarū, quia ut inquit Juvenal. Crevit amor nummi q̄tum ipsa pecunia crescit. Et hoc pfecto est valde miserabile et penosum q̄ homo sit in aqua visq; ad guttur et semper bibat; et semper iterū fitiat. Et sic ē auarus qui semper luctatur et semper plus cupit. Sed mors est tante potentie q̄ satiat animam, quia si homo moritur in peccato mortali anima vadit ad infernum ubi satias tut tota et repletur suppliciis et penis, p̄. xxxvi. In diebus famis saturabuntur, quia peccatores peribunt. Dies enim peccatorum qui pereunt et damnantur dicuntur esse famis et saturatricis. Famis propter carensiam bonorum, et saturatricis propter abundatiam malorum. Vel quia sicut fuerunt famelici in peccatis; ita saturantur suppliciis. Si vero mortuus sit in gratiā tunc deus replet in bonis scilicet eternis et summis desideriis suis. Et ideo propheta dicebat p̄. xxi. Satiabor cum apparuerit gloria tua.

Vterum mirabile quod facit mors sine dies mortis est; quia ordinat illud quod in mundo non potest ordinari. Nam ex hoc apparet ordo vniuersitatis; quia deus ex sua sapientia in propriis locis omnia colliguntur. Nam que a deo sunt ordinata sunt. ut dicit apostolus Romani. xiiij. quia sapientia est ordinare prout philosophus dicit. Unde deus qui est sapientissimus vniuersitatem, colligavit prout competit proprio officio suo. Unde quia officium solis est illuminans, propositus est in alto. Et quia plantarum est fructificare et fructus ex humo; generantur; posse sunt in terra a qua possunt attrahere humorē; et ut possint fructus prestare anis malibus in terra existentibus; que ex eis nascuntur; et sic de alijs. Sed iste ordo non videtur seruari in hominibus dum sunt in mundo, quia peccatores qui deberent esse in imo aduersitatis sunt frequenter in alto prosperitatis. sicut illud p̄. xxxvi. Vidi impium superexaltatum et elevatum sicut cedros libani. Et ideo Hieremias de hoc admirans dicebat. Quare via impiorum prosperatur; bene est omnibus qui preuegantur et inique agunt. Hieremie. xij. Et econtra boni qui deberent esse in prosperitate sunt in aduersitate. sicut illud Ecclastes. viii. Sunt iusti quibus mala prouenient quasi opera egerint impiorum. Sed ista inordinatio

que sic videtur esse in hominibus per mortem reducitur ad ordinem, quia mors uniusque transmittit ad sibi congruus et debitus locum, quia mortuities in originali peccato mititur ad limbus, mortuus in mortali ad infernum in veniali ad purgatorium; et morientur in gratia charitate absque venia limitatur ad paradisi locum. Unde dicitur in ps. xviii. Ordinatione tua pseuerat dies, dies enim mortis id est illud quod fit in die mortis, scilicet de collocazione anime in paradiso vel inferno vel limbo pseuerat. Deus ordinatione tua id est finis ordinatione tuam. Quartus mirabile quod fit in die mortis est, quia puniunt ea que non possunt in vita ista puniri; quia in hac vita finis instantiam humanam possunt puniri opera; sed non voluntas soliae; nec omnia opera puniuntur vel puniri possunt; sed soli que sciuntur et puniunt hic corpus sed non anima. Et ibi scilicet in morte omnia hic gesta puniuntur; indicantur premissam si dona sunt, quod secunda est dies retributio in qua vincuius redditur finis opera sua. Unde Ecclesiastici. Facile est cor am deo in die obitus retrahere vincuius finis vias suas. Quarum conditio dicti mortis quae tangit in auctoritate allegata est, quia quibusdam morientibus est tutus et securus; sicut his qui armis penitentie bene se puniuerter scilicet ante mortem. Et de istis armis dicit anima. Summa arma tua pharetrum et arcus; et egressus foras. Per pharetrum in qua sunt sagittae acute ad pungendum intelligit contritio in qua sunt remorsus et dolores de peccatis commissis pungentes et perforantes cor. Dieremus. Acute sagittae implete pharetras. Sed per arcus qui emittit sagittas intelligitur confessio qua peccati proditur quod quasi sagitta in pharetra conscientie latebat. ps. xi. Ecce peccator es intercederunt arcum; parauerunt sagittas suas in pharetra ut sagittae in obscuro rectos corde. Quod enim habetur in solo xpo: tunc est quasi arcus extensus; sed tunc tenditur et sagittat quod actu confitit. Sed primo debent sagitte peccatorum parari in pharetra id est disponi in memoria. Et tunc penitens foras exit quod ad opera satisfactionis procedit. ps. cii. Atribuit homo ad opus suum, scilicet penitentia quod est satisfacere et restituere male ablata. Et debet penitens egressus foras, et totaliter a peto exire. Quod figu-

ratum est in petro, de qno dicitur. Aucto. xxij. Pro egredius foras sicut amare.

**D**ecundo in themate proposito agitur de vite humana echoatione, quia nominat dies nativitatis. **U**bi ad uertendum est quidam astronomi dixerunt quod huius diem nativitatis hominis disponit et statuit tota vita hominis seques: huius scilicet virtutem et complexione planetam vel stelle dominari in hois nativitate. **Q**uo error secuti sunt quidam heretici qui genetici dicit sunt. **D**icendat tamē dispositionem humane vite esse a deo qui talentum virtutem dedit stelle vel planetam. Et huic errori fatus erit videbatur quod scribitur. **O**see secundo, ubi dicit denus. Statua eam huius diem nativitatis eius. Et intelligit eam scilicet vitam hominis, quia sicut vita hominis est ab anima; sic ab ipsa etia anima disponitur et regitur per eius actiones. **C**orum autem effectuum qui sunt ab anima corpora celestia non sunt cause nisi per accidentem. **Q**uod quidem quantum ad actiones virium sensituarum manifestetur est quod in vires sensitivas quae sunt actus organorum non directe imprimuntur; sed per accidentem ratione scilicet organorum corpororum in que imprimuntur possunt; quibus organis impeditis necesse est impediiri actus ipsarum potentiarum; sicut oculus turbatus non bene videt. **Q**uatum vero ad actiones que sunt a libero arbitrio quod est facultas voluntatis et rationis; adhuc est magis manifestetur quod corpora celestia non sunt eorum cause; quam in intellectu et voluntate. Nullum enim corpus potest imprimere in rem incorpoream. **A**nde corpora celestia non possunt esse cause per se operum liberti arbitrii. Possunt tamen ad hoc dispositive inclinare, inquit quantum imprimunt in corpus humanum; et in vires sensitivas que sunt actus corporali; sicut organorum que inclinant ad humanos actus. **S**ed quia vires sensitiva obediunt rationi; ut patet per philosophum tertio de anima. **A**nde impossibile est quod corpora celestia directe imprimantur in intellectu et voluntate. Nullum enim corpus potest imprimere in rem incorpoream. **A**nde corpora celestia non possunt esse cause per se operum liberti arbitrii. Possunt tamen ad hoc dispositive inclinare, inquit quantum imprimunt in corpus humanum; et in vires sensitivas que sunt actus corporali; sicut organorum que inclinant ad humanos actus. **S**ed quia vires sensitiva obediunt rationi; ut patet per philosophum tertio de anima; et primo ethico; nulla necessitas hinc libero arbitrio imponitur. **E**t idcirco erroneum est dicere quod a stella quacumque vel planeta dominante in nativitate hominis

# ¶ Sermonū funebriū

Vita eius necessario disponat, sic enim liberum arbitrium nihil valeret homini ad vitā suā. **C**uius contrarius sentit aperte prolominus. **A**nde dicit in cetero quodam suo qd anima sapientis iuvat etiā celestem effectum. **E**t ex hoc acceptum est dictum cōmune, qd sapientia dominatur astris. **D**e quo etiam ponit exemplum haly in cōmento suo sup dico verbo prolomei, de quodam rege in cuius nativitate omnes significaciones mali et immidiatae apparebant; et tamen natus in tali cōstellatione mundissime postea vixit fulgens et stitu et gloriatus et cum optimis conuersariem ducēs. **C**uius causam cū ab haly quereret, **R**espondit qd quidem ad immidiata et desiderio trahebatur; sed vidēs qd talis est in honesta cōversatione; ut dominus actuū suorum talia fugiēs; elegit honestatis conuersationem. **E**st etiā contra dictū errorem qd circa pyram hominis multi casus contingunt; qui faciunt ad ipsius vite dispositionē et mutationem, quorū celestia corpora causa esse non possunt, quia sicut probat philosophus in sexto metaphysice, ens per accidens nō habet causam; precipue naturales cuiusmodi est virtus celestis corporis; qd tale ens nō est proprie ens negat vnu, sicut qd lapide cadente transeat homo et occidatur ab eo; et qd homine fodiente sepulchrum innenrat thesaūrū. **V**uiusmodi enim nō sunt vnu sed multa simpliciter cum operatio naturae semper itemque ad vnum; sicut preditum ab uno principio quod est forma rei naturalis. **N**ec et igitur qd si quis ex nativitate hominis vel ex constellatione hominis quecumque futura homini opera per certitudinem predicere velit, qd procedat hoc ex vana et falsa opinione. **E**t si tu obijcas qd astrologi frequenter de eventibus hominum et operib⁹ multa vera predicant, dico qd hoc contingit ex duplice causa. **V**na est quia plures homines passiones corporales sequuntur. **E**t ideo actus eorum et in pluribus disponuntur huius inclinationē corporum celestialium, quia pauci sunt id est soli sapientes qui huiusmodi inclinationes non imitantur. **E**t hinc est qd astrologi in multis vera prenuntiant, et precipue in cōmibus eventibus qui dependent ex multitudine. **A**lia vero causa est propter demones se imiscentes. **A**nde dicit Augustinus in secundo super genesim ad litteram, **F**acendū est quando

a mathematicis vera dicitur isti nō quosdam occultissimo dici, quod nescientes humane mentes patiuntur qd causa ad decipiendum homines sit spiritus immundorum et seductorium operatio est; quibus quedam vera de temporalibus rebus nosse permittitur. **A**nde concludit, Quapropter bono christiano sive mathematica sive quilibet ipsi editiū atū; et maxime dicentes vera cauendi sunt: consortio demoniorum animam deceptam quodam pacto sociatis irretiant. **E**st etiā contra dictos hereticos qui dicunt talē virtutē constellacionis esse a deo, quia ex tali virtute vita hominis de necessitate disponitur et videtur; sequitur qd homo sit fur vel adulteriū homicida aut malus et ex hoc suscipiat vel combatur vel decapitetur; non est culpa sua; sed dei qui tali dispositioni eum de necessitate subiecit. **E**t sic iniuste paritur talē penaz; cum nō ex suo sit libero arbitrio, sed ex deo et stella, quod dicere est hereticum. **S**icut cōritas autem dicitur nō facit ad hoc; quia ipse nō loquitur de vita humana; sed de gente hebreorum sive iudaica; cui propriū peccata sua minatur qd statuerit eam huius diem nativitatis sue. id est qd reducat eam ad statum misericordia quem habuit in suo primordio scilicet quādo erat in egypto in servitutē et in oppressionē. **P**otest tamen singulariter expositiū etiam de vita humana dupliciter huius qd nativitas hominis duplex est. **V**na spiritualis alia corporalis. **V**anitas spiritualis est in baptismo, de qua dicit dominus nichil deo. Iohannis.iii. **N**isi quis renatur fuerit deus nō potest videre regnum dei. **A**ttunc nativitas est in puritate innocentie, quā si homo per peccatum perdidit si redeat postea per penitentiam qd restituatur ad primam gratiam vel cōsimilem et perles ueret in ea; tunc statuatur a deo huius die nativitatis sue id est ad cōsimilem gratiam et puritatem quā habuit in baptismo quādo fuit spiritualiter natus. **E**t aliter nō posset intrare in gloriam regni dei, quia nūc inquinatum intrabit in illam. **N**el potest expōni de nativitate corporali huius quam homo nascitur nudus et cum luctu, **E**t sic enī oportet qd moratur scilicet cum luctu et nudus hinc exeat huius illud Job p̄mo. **N**udus egressus sum de vetero matris meae, et nudus reuertar illuc, scilicet in terram que est

### Distinctionis III

mater omnium corporum. Unde de in morte statuit eam, scilicet vitam humanam terminari sicut incepit ex hinc die nativitatis sue. Et sic sibi istum sensum in hac auctoritate loquitur de duobus.

**P**rimo de necessitate moriendo; in eo quod dicit, statuit,

**S**econdo de qualitate nascendit; quod sibi die nativitatis sue.

Necessitas enim moriendo est ex statuto dei id est ex lege quam deus generaliter statuit scilicet ut omnes qui nascuntur moriantur. Et propterea apostolus dicit ad Hebrews nono.

Statutum est hominibus semel mori.

**Q**ualitas autem diei nativitatis hominis est duplex. Prima est quod dolorosus scilicet propter partum, sibi illud quod dicitur est mulier. **S**ecundus tertio. In dolore partus, et quedam propter dolores partus moriuntur, sicut patet **B**enes. xxxv, de rache. Et primi **E**legimus quarto de vero re filii helytamente post partum mulier obliuiscitur istius doloris si evadat propter gaudium quod habet de filio nato, pectus masculo sibi illud **J**ohannis, xvi. **M**ulier cum parit tristitia habet; quia venit hora eius. Cum vero peperit filium iam non meminit pressus propter gaudium, quia natus est homo in mundum. **S**ecundo dies nativitatis hominis est laboriosus propter ingressum, quia tunc ingreditur homo ad vitam laboriosam, sibi illud **J**ob quinto. **D**omo nascitur ad laborem. Sed quidam assueri verbis impacientie et insipientie quando habent plus de labore et angustia quod velint; maledicunt diem nativitatis sue.

**Q**uod prohibet **E**cclasiastici visegesimotero, ubi dicitur, Indisciplinose loquele non affluefas os tuus. Et sequit post **N**e forte assiduitate infatuatus improprium patiaris; et maluisse non nascitur diem nativitatis tue maledicas.

### Tertio principaliter

agitur in themate de utriusque diei comparatione, quia melius est scilicet dies mortis quam nativitatis. **S**ed videtur quod istud non sit verum, quia dies mortis tendit ad non esse dies vero nativitatis ad esse; sed melius est esse quod non esse, ergo et. **A**d quod dicendum

### Sermo II

quod vita et mors possunt comparari adiunctorum quoad tria.

**P**rimo quoad entitatem. **E**t sic non est dubium quoniam vita melior est quam mors, sicut argumentum factum dicitur.

**I**deo dicitur **E**cclasiastes nono. Melior est canis viurus leone mortuo. **S**ecundo quatum ad equalitatem, et quatum ad hoc dies mortis potest preferri dies nativitatis.

**Q**uia ille qui nascitur cum infectione peccati scilicet originalis nascitur; et etiam cum possibilite peccandi actualiter; scilicet mortaliter vel venialiter. **S**ed ille qui moritur posset mori sine infectione alius peccati ipsa.

Vel si moreretur immediate post baptismum vel per martyrium vel perfecte penitens.

**I**tem per mortem efficitur impossibilis ad peccandum. **E**t idcirco quantum ad hoc melius est dies mortis die nativitatis.

**U**nde de marryribus et aliis sanctis communibus quoniam sunt in originali peccato: celebra inquis quid est die mortis non die nativitatis.

**U**nde Augustinus in sermone de sancto Cypriano ait. Quid est hoc fratres, quando sanctus iste natus est ignoramus; et quod hodie parsus est natale eius hodie celebramus?

**S**ed quando natus sit etiam si sciremus nequaquam diem illum celebraremus. Ilo nam quod die peccatum originale contraxit: hodie peccatum omne finiuntur. **E**t ideo potest discere talis, illud **I**one quarto capitulo. **M**elius est mihi mors quam vita. In vita enim semper timet casus; et post mortem securus est.

**T**ertio possunt dicti dies adiunctorum comparari quantum ad sequentem utilitatem.

**E**t sic aliter se habet in reprobis quam in electis, quia in hominibus reprobis peior est dies mortis die nativitatis.

**Q**uia ad diem nativitatis sequitur vita in qua inficitur per culpam; sed ad diem mortis sequitur obstinatio in culpa et afflictio pene eternae.

**C**ui nulla pena huius vite potest comparari. **E**t ideo optante reprobi potius eis quae unius pena punita vivere quam mori. **U**nde ad hoc referri potest illud quod dicitur **J**udith. iii.

**M**elius est ut viventes serviamus quam morientes eis interitus nostro ipse suavitatis nostra damnia patiamur. **I**tem homo peccator cui rat de bonis quod videt se habere dum vivit; sed post mortem nescit quid de se futurum sit.

**E**t ideo dicit illud **E**ccl. vi. c. **M**elius est videre quod cupias quam desiderare quod ne-

## ¶ Sermonū funebriū

scias. Sed quātūz ad electos melior ē dies mortis die nativitatis; quia dies nativitatis est ad vitam laboriosam et amarā; sed dies mortis est ad requiem et gaudium; et eternam beatitudinem. Propter quod dicit iū s<sup>t</sup> illud Ecclesiastici. xxx. Melior est mors q̄ vita amara; et requies eterna q̄ lāguor perseverans. Ad quam glāiam eterna nos perducat iēsus bētōrum quies et gaudium sempiternū. Amen.

¶ De comparatione status viuorum et mortuorum.

Sermo III

**L**audauī magis mortuos q̄ viuētes. Ecclesia stes. iii. Illud a sapientibus magis laudat quod melius a sapientibus esse putat. Sic salomon sapientissimus; qui putauit sapientia preeligendam esse pecuniam; dicens Proverbior. viii. Accipite disciplinam et non pecuniam; et doctrinam magis q̄ aurum eligite. Ideo post ea sapientiam p̄e cīstis opib⁹ comendauit; subdicens ibidem. Melior est sapientia cumetis opib⁹ preciosissimis; et omne desi derabile ei nō potest comparari. Ecclē mōdo; quia putauit statum mortuorum prelīgēdum esse statū viuorum. Propter quod dicit Ecclesiastes septimo. Q̄ melior est dies mortis die nativitatis. Ideo etiam ipse dicit in verbo p̄posito. Laudauī magis mortuos q̄ viuētes. Quidā tamē dixerit q̄ ipse dicit hoc verbum in ecclesiaste ubi loquitur concionādo aliquādō in persona stuolorum; aliquādō in persona sapientiū. Et ideo predictum verbum nō dixit ex persona sapientiū; quia viuere dicit esse bīm philosophum qui dicit. q̄ viuētiib⁹ est esse mōs autem dicit ad nō esse; non est autem melius non esse q̄ esse; ergo non sunt magis laudandi a sapiente mortui q̄ viuētes. Sed dictum est predictum verbum; ut dicunt ex persona stuolorum et errantib⁹ qui non credunt aliam vitam q̄ istam esse. Et propter hoc vīsis malis māndi huius dicit feliciores esse mortuos q̄ viuētes; quia si eut per mortem bīm eos totaliter terminat esse et vita; ita et omnia mala. Sed posset dici q̄ verbum istud sic dictum ex persona sapientiū; quia licet esse bīm se preferat nō esse; tñ bīm aliquām conditionem non esse potest preferri ipsi esse; et mortuus viuenti sicut quātūm ad hoc q̄ non potest peccare

nec videt mala huius mundi. Et Vierony mus dicit et habetur hoc in glosa; q̄ melius est non esse q̄ male vivere. Et ideo etiam aliqui sapientes viri apperebant mōsi propter penitentes vite huius; sicut helyas dicit tertii Regum. xix. Tolle animās meām non em melio; sum q̄ p̄fes mei. Et ad Romanos. vii. apostolus sit. Infelix ego homo quis me liberabit de corpe mortis huius? Et sub hac intentione salomon dixit. Laudauī magis mortuos tc. ¶ In quib⁹ quidē nōbis debemus attendere tria.

¶ Primo commendationem; quia dicit laudauī.

¶ Secundo preelectionem; quia magis mortuos.

¶ Tertio cōparationē; q̄ q̄ viuētes.

¶ Circa primū attenden dum q̄ sicut arbores laudant ex bonis fructibus; sic homines ex bonis operibus. Unde ad Roma. xii. Bonum fac et habebis laudes ex illo. Et ideo laudādi sunt mortui ex bonis operibus que fecerunt viuētes. Et ad hoc referri potest quod dicitur Proverbior. ultimo. Laudent eam in portis opera eius. Et vult dicere. Laudet eam sez vitam vel animā hominū defuncti in portis id est in exitu vite; vel diuinū iudicij opera eius. In quibus quidē verbis tria debemus attendere.

¶ Primo laudande persone idoneitatē; cum dicit; laudent eam scilicet animā; vel vitā virtuosam; quia anima viciosa vel peccatrix non est laude digna.

¶ Secundo loci cognitionē; vel melius congruitate; quia in portis.

¶ Tertio materie laudis bonitātē; q̄ ope rā eius sc̄bōa; quia oga mala non faciūt dignum laude sed vituperio.

¶ Circa primū attendēdum est q̄ ille defunctus secure potest laudari cuius vita fu it bona et virtuosa. Illud est enim laudari ad hominib⁹; et aliud laudari ab operibus. Nam ab hominib⁹ frequenter laudatur qui non est vere laudabilis. Et hoc contingit propter duo. Quādōq̄ quidē propter laudantis malitiam. Scilicet vel quis vult adulari; sicut quando laudatur peccator in desiderijs aīe sue; quia homo laudat malitiā alterius ut ex hoc cooperiatur et ex cūsetur malitia sua consimilis. Job. xl. cap. Protegunt ymbre ymbra eius. Et iterum

## Distinctionis III

quis diligunt similes sibi et placet eis; et ideo laudant. **P**roverbio. xviii. Qui derelinquit legem scilicet dei transgrediendo precepit eius laudant impium. **A**lia causa potest esse propter ignorantiam; sicut simplex homo laudat hypocritam credens eum esse bonum; quia ignorat eum occultam malitiam. **S**ed ut talibus sic laudantibus qui ab homibus laudantur; et a deo condemnantur. **A**ugustinus in libro confessionum. Qui laudari vult ab homibus visuperante tenet defendit ab homibus ademnante te. **V**nde Job. x. **D**ocet scio ab initio quo potest est homo super terram. quod laus impiorum beatis sit et gaudiu[m] hypocrite ad instar puncti. **S**ed ille laudat ab operibus qui facit opera vere bona scilicet ut non laudetur; sed ut laudabilis sit. **C**unct autem plures pulchre rationes quare sapientes et virtuous viri propter laudabiles esse possunt laudari. **P**rima quidem licet regula philosophorum dicat quod melius est actus quam potentia; tamen in hoc causa alter est; quia melior est potentia scilicet quod quis sit laudabilis; et laude dignus quam actus scilicet qui laudetur. **V**nde deus laudabilis dicitur; cum tamen non digne laudetur; quia maior est omni laude. **I**tem laus actualiter facta est in laudato; et non in laudato; sed laudabilitas est in laudato; quia potentia est in eo cuius est potentia. **V**nde hec duo quandoque dividunt in iusto et peccatore; quia quodammodo laudat peccator; et non est laudabilis; et iustus est laudabilis et non laudat. **E**t quod patet quod potentia talis scilicet quod tu es laudabilis est quasi tibi essentialis; quod est in te et tibi coniuncta in essentia tua sive persona tua. quod tuisque es laudabilis. **S**ed laus que de te fit actu non est in te scilicet in persona tua; sed est in ore laudantis; et in audiencia laudantium; quia honor est in honore; atque quare cum melius sit tibi quod est tuus et in te quam alienum et extra te patet quod melius sit tibi laudabilitas quam laudatio. **I**tem quia laudabile esse in paucis repertum; scilicet solum in his qui sunt digni laudet; id est bonum nobile et preciosum. **L**aus autem quae bus liber datur; non solum dignis; sed multo tamen indignis; et ideo est quid viles et parvus appetendit. **I**tem bonum tanto melius quam durabilis; sed laus actualis non durat; quia aliquando laudans; aliquando non; quia non est possibile quod semper laudet. **E**t ideo laus actualis modica est et brevis; sed laudabilitas semper potest durare; quia sive vadat sive quiescat; sive vigiles; sive dormias; sive

## Sermo III

comendas; sive quid aliud facias semper eam habebes tecum. et ideo melior et eligibilior. **T**ex quia laus iustorum licet sit potentialis in mundo est tamquam actualis in celo; quia laudatur a deo ab angelis et a beatis; et tanto dignior et nobilior est; quam melioribus et nobilioribus agitur; sicut cum quis laudatur a papae vel imperatore vel rege. **S**ed maior imo maxima est laus iustorum; non solum propter dignitatem laudantium; scilicet dei angelorum et beatorum oium; sed etiam propter numerum; quod sunt quasi innumerabiles angeli et sancti. **C**uius contrarium accidit de lande peccatorum; quia et sunt indigni etiam qui laudant quod non est speciosa laus in ore peccatoris. **V**nde Seneca. Tam turpe sit tibi laudari a turpibus quam si laudaris ob turpia. Et sunt pauci laudatores et plurimi detrahentes. **S**icut ergo digni laudentur qui faciunt opera facta ut laudent sicut hypocrite; sed qui faciunt opera bona recto corde; et recta intentione ut laudabiles sint. **V**nde in psalmis. lxviii. Laudabunt omnes recti corde; et recta intentione. **E**t dicit laudabuntur; quia erit in nichil non laudandum ab hominibus; laudabuntur ramen in iudicio a deo. **V**nde apostolus primo Corinthon. Tunc laus erit vincitur a deo. **D**ecidit sequitur in auctoritate inducta de loci congruitate scilicet in portis. **V**nde apud antiquos in portis iudicia sunt; dederunt et sic ibi malefactorum opera damnabantur et opera iusta approbabantur et laudem consequabantur. **S**ed figuratio aduerteretur est quod alia est porta misericordie; adierat alia iustitiae dei. **N**am porta misericordie est penitentia; quia per penitentiam peccatorum recipit misericordiam dei et veniam peccati. **E**t per hanc portam egreditur a statu culpi peccatorum penitens. **V**ec porta ingrediens quod videtur angusta; quia scilicet a principio penitentis sentit animaitudine timoris et laboris et doloris. **H**oloris propter reatum pene. **E**t laboris propter difficultatem penitentie; quia laboriosum sibi videat relinquere consuetas et inchorage insolitas. **S**ed post ingressum huius portae innuenit latitudinem amoris et dilectionis et quietis interioris scilicet conscientie sue. **E**t ideo suadebat dominus Iesus. Luce. xiiij. dices. **E**t tendite intrare per angustum portam. **S**erpens volens deponere pellem veterem et habere nouam ingreditur per arctum foramen petre. **S**ic homo qui vult renouari a vetustate peccati; debet ingredi per angustum

## Hermonū funebrīū

portam penitētē. Unde matthei septimo,  
q̄ angusta porta t̄ arcta via que ducit ad  
vitam. Et ibidem paulo ante. Intrate per  
angustam portā. Sed per hanc portā scilicet  
penitentie ingredimur viuētes: quia scilicet  
homo dum viuī habet locū penitētē. Sed  
aliam est porta iusticie per quam ingredimur  
et egredimur moriētes ad examē diuini  
iudicii. Sed sicut duplex est iudicium: ita t̄  
duplex est porta. Est enim iudicium particu-  
lare in quo viuisceris anima per se iudi-  
catur a deo. Et huius iudicij porta ē mors,  
quia per mortes egredit homo de vita ista  
et assistitur diuino iudicio ut recipiat sen-  
tentiam sibi opera sua. Aliud vero iudicium  
fiet in fine mūti quod erit generale. Et hu-  
ius porta erit resurrectio a morte: quia om-  
nes resurgent et simul cum anima t̄ corpo-  
re omnes comparebūt coram iudice ut sibi  
ea que gesit in corpore recipiat viuū quis-  
q;. Et de his portis dicit vir iustus deo et  
angelis. Aperi mei portas iusticie et in-  
gressus in eas cōfitebor domino. In ytra-  
q; ergo vir iustus accipiet laudem sibi ope-  
ra sua. **A**terro agitur in auctoritate ad  
ducta de bonitate eo: um que sunt materia  
laudis: et hec sunt bona opera hominis.  
Et ideo dicit, laudent eam opera eius, scilicet  
bona, quia hec sola sunt laude digna. Sed  
quia opera intantum sunt bona iniquātum  
sunt ex virtute: quia sicut dicit philosophus  
in ethicis. Virtus est que bonum facit ha-  
bente et opus eius bonum reddit. ideo il-  
la opera sunt laude digna que ex virtute p-  
cedunt. Et ideo philosophus dicit in primo  
ethicorum, q; laus est sermo elucidans ma-  
gnitudinem virtutis. Et quia v̄tose actio-  
nes elucidat magnitudinem virtutis, ideo  
ex virtuous actionibus redditur homo lau-  
dabilis. Et hinc est q; ea que peccatores et  
viciosi homines faciunt de genere bono  
rum: licet laudabilia quādoq; videant in  
iquātum precent aliquā similitudinem  
virtutis, tamen in rei veritate laudabilia  
non sunt et maxime apud deum. Et hoc est,  
quia semper deficit vel a fine debito vel a  
modo: vel ab aliqua circūstantia virtutis.  
**V**erbi gratia. Sunt aliqui tyzanni qui al-  
quando faciunt valde pulchras iusticias si-  
ue punitiones malefactorū sine maleficio-  
rum: sed tamen quia faciunt propter lau-  
dem et gloriam humanam deficitur a fine  
virtutis, et ideo nō est opus iusticie sed va-

ne glorie. **S**icut pater de iusticia Titi Ma-  
lii torquati, qui sicut refert valerius mat-  
tius libro secundo capitulo secundo. Cū esse  
consul in latine bello, filium suum qui pros-  
uocatus erat ad bellandum a gemino me-  
tio tūsculanorum duce: qui sine scitu sic dis-  
mauerat, q̄q; habuisset gloriosam victori-  
am et retulisset inde speciosa spolia: nihil  
minus iussit eum a lictore arripi et in mo-  
dum hostie mactari. **L**icet enim de illa ius-  
titia dicat idem Valerius q; non poterat  
eum cum tanta laude laudare quāta digna  
erat: tamen si quis aspiciat finem propter  
quem fecit hoc: videbit eam deficere a vir-  
tute. Dicit enim poeta sexto encidos sic. Vite  
amor patrie laudumq; immensa cupido.  
**E**cce testatur q; immēla cupido laudis hu-  
manarum vicit in eo amorem naturalem.  
Et iste fuit principalis finis propter quem  
fecit: qui certe nō ē finis iusticie: sed potius  
inanis glorie. Similiter si aliq; multa do-  
na largaretur: laudaretur de liberalitate: et  
tamen si non seruaret modum debitum et  
mensuram in dando nō esset actus x̄tus.  
**S**icut pater in Alexādro qui multum lau-  
datur de liberalitate sive de curialitate pro-  
pter magnam largitionem dono: um: et ta-  
men nō erat ex virtute: sed potius ex super-  
bia. **A**nde refert Seneca de eo in libro de  
beneficiis, q; cum donaret semel cuidam  
vniam ciuitatem: et ille tanq; indignus re-  
fugeret tantū munus, dixit alexāder. Non  
euro quid te deceat recipere: sed tamen quid  
comparat mihi dare. **C**erte itid videbatur  
magnificum verbu; et tamen in rei verita-  
te vt dicit ibi seneca sunt verbū superbū  
et stultū, ex eo q; beneficium t̄ donum de-  
bet esse proportionatum et congruum: nō so-  
lum dant: sed etiā recipiunt. **C**et ita est pec-  
catum in excessu sicut etiam in defectu. **E**t  
simile est de operibus aliorum peccatorum  
qui nō sunt in charitate nec habent in seip-  
sūtēs veras qui commēdantur ab hystris  
nib; non tamen a sapientib;. **A**nde Ecclasiastēs octauo. Vidi impios sepulcos q;  
cum adhuc viuerent in loco sancto erat. **E**t  
laudabantur in ciuitate quasi iustiū opes  
rum: sed et hoc vanitas est. **E**t Sapientie  
tertio. Vacua est spes illorum: et labores si-  
ne fructu: et inutilia opera eorum. **S**ed san-  
cti qui habent virtutes omnes veras t̄ sunt  
in charitate: faciunt opera vera laudabilia  
qua omnia opera virtutum ordinant ad

# Distinctionis III Sermo III

venum debitum finē, sicut dicebat apostolus prime ad Corinthis decimo. **Q**ia in gloriam dei facite, Et omnia faciunt debito modo et ordine: quia sunt in charitate quod ordinat omnes vestutes. Unde apostolus. **Q**ia opera vestra in charitate fiant.

**S**ecundo in themate considera prelectionem: quia magis laudat mortuos. Unde dicit. Laudam magis mortuos quasi status eorum preligeret magis quam vivos. Sed attendendū est quod non omnes mortui preferunt viventibus: sed solum salutati de cibis dicit Apocalypsis xiii. Beati mortui qui in domo moriorunt. Amodo iam dicit spiritus ut requiescant a laborebus suis. In quibus quidem verbis tanguntur tres rōnes quare mortui tales p̄fēruntur viventibus.

**E**t p̄ima quidē est, quae sunt ab oī bono dotati et p̄torea dicuntur beati.

**S**ecunda est, quia sunt ab omni periculo turarier, hoc quia in domino moriūtur.

**T**ertia est, quae sunt ab oī malo liberati: quā amodo iam dicit sp̄us tc.

Ostenduntur ergo p̄mo esse dotati omni bono ex eo quod dicuntur beati. Nam beatitudo sicut dicit Boetius est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Omne autem bonum hominis aut est anime aut est corporis aut cōiuncti. Et omnibus istis bonis dotati sunt beati. Nam perfectū et summum bonū anime naturaliter deus est, in quācum ipse anime perfecte vinitus. Et ad hoc requirunt tria sibi que tria assignantur tres dotes anime beate: que velut sponsa deo cōiungitur in ipsa beatitudine. Primum est ipsius dei presentia que quidē haberur per ipsums cognitionem sive visionem: quia scilicet deus in patria nō mediante aliquā specie seu similitudine: sed immediate per seipsum id est per suam essentiaz cognoscetur et videbitur. Et ideo per seipsum id est per suam essentiaz anime presens efficitur in ipsa cognitione beata. Unde prima dos anime dicitur visio sive cognitionis. Videbimus ergo seu cognoscemus deum in se; et deus in nobis: et nos in deo: et creaturas in deo: et deum in creaturis. Cognoscere deū in sua essentia est quasi visio meridiana. Cognoscere vero creaturas in verbo: est quasi cognition matutina. Sed cognoscere in se creaturas id est in proprio genere: appella-

tur visio vespertina. Videbit etiā ibi unusquis cogitationes alterius prout volet, quia sicut dicit Gregorius. Uniuscuiusque mentem ab alterius oculis copulentia nō abscondit. Secundo ad perfectam unionem anime cum deo requiritur eius cuius anima perfecta colligatā: et hoc efficit perfecta dilectio. Et ideo dilectio sibi quoddā est secundā dos anime beate: quā anima sicut adheseret deo: ita colligat deo ut efficiatur quasi unus spiritus cum eo. Propter quod vocatur charitas vinculum perfectionis. ad Colosenses tertio. Tertio requiritur ad perfectam unionem virtus vñibilis convenientia. Et in hac perfecta convenientia dei cuius anima cui vnitur: fructus ipsa anima deo. Et ideo tercia dos anime beate dicitur a quibusdam fructus quo cōsequens est ad dilectionem: quia illud quod summe diligit convenientissimū iudicat, et eius fructus summe delectat. Sic ergo totum bonus anime quo efficit beata erit in deo et deo. Unde in ps. celiū, dicit Beatus populus cuius dñs deus eius. **S**ecundo erunt dotati illi mortui qui salvandi sunt etiā in bonis corporis: quia in fine resuscitabunt et recipient corpora sua cum quattuor dobris gloriis: que erunt claritas: subtilitas: impassibilitas: et agilitas. Cum enim totum bonum corporis sit ab anima: ideo ex redundātia glorie ipsius anime erit tota glorificatio corporis. Et ad hoc necessarium est quod ipsum corpus sit anime perfecte subiectum. Erunt ergo in corpore respectu anime quattuor dobes gloriose predictae rōne subiectio[n]is. Quia ad hoc ut corpus perfecte anime subiectū nec eā impedit in operibus glorie quattuor sunt necessaria: quoḡ duo pertinet ad sensum: alia duo ad motu. Quoad sensum duo requiriunt. Unum ut sit facile receptum speciem sensibiliū: aliud quod disponit claritas, in qua etiā comprehendit corporis pulchritudo et omnis bona dispositio cuiuslibet forme accipitalis in corpore. Secundo regit quod nō sit receptum passionum ignobilium: et hoc facit impassibilitas: in qua etiā intelligit perpetua cōtinatio corporis ab aīa sine omni letitia vel infectia vel corruptiua passione: vñ sub impassibilitate includit sanitas et diuturnitas. Quoad motū vero requiriunt alia duo. Unū est ut p̄ servariā inclinatio[n]ē nō resistat sao motori ad quod disponit agilitas: sub qua etiā comprehendunt velocitas libertas et fortitudo corporis et habilitas

## ¶ Hermonū funebrī

ad omnes operationes anime que per cor  
pus exercent. **A**lia est hī quodam ut cor  
pora per que mouet non resistant ei: t ad  
hoc facit subtilitas. **S**ed sanctus Thomas  
dicit hoc nō esse ex dote subtilitatis: sed ex  
diuina virtute miraculose fit ut ipsi corpori  
glorioso aliud corpus non obstat: s dicit  
q̄ dos subtilitatis est ut corpus totaliter ani  
me subiectat ut sue forme quantum ad esse  
substantiale. **A**nde ex hoc corp⁹ gloriosum  
subtile dicat q̄ pfecte ab anima informat.  
**A**nde ab apostolo vocat corpus spūiale: qz  
totaliter est subiectum spiritui. **E**t per istas  
quatuor dotes remouent etiam quatuor  
impedimenta que cōsueverunt causari a q̄  
tuor elementis ex quibus corpus compo  
nitur scilicet per claritatē deformitas nigredi  
nis q̄ consuevit causari ex adiustione ignis  
vel fumi operi subtilitatem grossities terre  
per agilitatem tarditas que ex frigiditate  
aque est: et per impassibilitate passibilitates  
que ab aere. tunc ergo poterit dici anime  
illud **L**uce. xi. **B**eatus vēter quite portauit  
**T**ertio habebit illi sancti mortui etiā plus  
ra bona que pertinet ad cōsūctum. et sunt  
quinq̄ hī **H**oetii in de cōsolatione philo  
sophie. scilicet sufficiētia quam p̄mitit diuī  
tie; cōcūditia quam p̄mitit volūptas; ce  
leritas quam p̄mitit rāma; securitas quāz  
p̄mitit potētia; et reuerentia quam p̄mit  
tit dignitas. t sic vere poterit dici illud ps  
**B**eatūm dixerūt popūlū cui hec sunt. **E**x oī  
bus ergo p̄dictiā bonitā erunt in p̄petua et  
iocunda laude. **M**allud hī **B**eati qui ha  
bitant in domo tua domine in secula se. t.  
**S**ecunda ratio quare mortui preferuntur  
viuentibus est. quia sunt tūti ab omni peric  
ulo. sicut ille qui puenit ad portum et iam  
exiuit nauem est tūtus a periculis maris.  
**T**ales sunt illi qui in dño moriunt̄: qz tanq̄ na  
vis est corpus. **A**nq̄ autē tutissim⁹ portus  
est dñs deus. **E**rgo tanq̄ nauta egressus d  
navi est anima sancta egressa de corpore et  
extra pericula maris id est extra pīcula mū  
di in portu securissimo se in dño rehescens  
sicut de beato **S**tephano lapidato moriēte  
dicitur **A**cruī. vii. q̄ obdormiuit in domo  
**R**ota q̄dū homo est in terra latronum et  
inimicorū non dormit securus: sed quādo  
est in possessione hereditatis sue et in terra  
domini sui: tūc dormit securus. **S**ic homo  
non quiescit vere in isto mundo: quia est in

terra inimicorū: quia mundus caro demos  
nia diversa mouet p̄elia: et est in terra pre  
donum id est vicioꝝ expoliantiꝝ animas  
a vestibus et dīnīs dītūtū: t ideo amī  
cus dei est semper i timore. **S**ed post mor  
tem in celo erit in terra domini sui t in pro  
pria hereditate a domino sibi data: et tunc  
erit in pfecta quiete. ps. **C**ū dederit dilectis  
suis somni ecce hereditas domini. Et p̄e  
ciosa in conspectu dñi mors sanctorū eius.  
**T**ertia ratio quare mortui qui saluantur  
preferunt viuentibus est. quia sunt liberati  
ab omni malo. **I**nfirmus enī qui habet in  
firmitatem laboriosam t penolam nō quie  
scit plene donec sit liberatus totaliter a ma  
lo: sed tunc quiescat quādo est a malo tota  
liter liberatus. **S**ic sancti q̄dū sunt in mū  
do patiūtū multa mala et multas penas: t  
sed post mortē ab omni malo liberantur: t  
tunc perfecta quiete quam nō pos  
sunt habere hic viuentes. et ideo dicit. **A**mō  
do iam dicit ipsi se. t dicit amodo se post  
q̄ cessauit ab eis omne malū. **S**unt enī lib  
erti a tripli malo se a malo innato quod  
est peccatum: nō solum a peccato originali  
quod ex natura contrahit: sed etiā ab acu  
ali quod dicitur innatum id est intus natū  
quia in voluntate concipit: et sunt etiā libe  
ri a possibilitate peccātū: t sic quiescent ab  
omni labore quem habuerint in pugnando  
contra temptationes vel in custodiē se a  
peccato vel in purgāto peccata commissa.  
**I**tem sunt liberi ab omni malo illato. se ab  
extra: quia ibi nullus est hostis impugnā  
nec aliquid aliquo modo ledere valens vel  
in aliquo molestare. **A**nimal enim nō quies  
scit q̄dū molestatur a musis: t sic homo  
in vita ista habet multas molestias prop  
reas non quiescit. **A**nde dicit **A**licet. ii.  
**S**urgite t ite quia nō habetis hic requies.  
**I**tem sunt liberi a malo corracto. scilicet ex  
natura corrupta et destituta sive respectu  
culpe sicut est famēs qua retrahuntur a bo  
no propter difficultate et inclinatur ad ma  
lum propter concupiscentiā delectationis:  
sive respectu pene sicut ē passibilitas t mor  
talitas et egritudines et similia: t in quorū  
resistētia vel tolerantia multi laborat v  
uentis. **S**ed postq̄ mortui sunt ab omnī  
bus sunt erēpti: et ideo omnī quiescent ab  
omnībus laborib⁹ suis. **E**sa. xiii. **E**st erit  
in die illa cum requie dederit tibi deus a la  
bore tuorū: et a concussione tua: et a feritute

## Distinctionis III.

dura qua ante seruisti te.

### Ecertio in themate cō-

sideranda est comparatio, id est considerare debem⁹ eos ad quos fit comparatio; cui⁹ dicit. Q̄ viuentes sc̄z in mundo isto qui munus laudari possunt q̄ mortuitum respetui cōcūm videntur eis laudabiles. Et ratio hui⁹ est: quia bona de quib⁹ possunt laudari viuentes sunt transitoria et vana; sed bona quibus frumenti mortui sunt immutabilia et vera; et ideo nō possunt viuentes in laude mortuis equari. Qd autē bona hic viuentium vana sint patet ex verbo ps̄, dicentis, ps̄.xxviii. Vniuersa vanitas oīfīs homo viuens. Et potest intelligi si q̄ vniuersa. s. bona que omnis homo querit sive vanitas id est valde vana. Et q̄ istud veram sit potest fieri manifestū ex cōmuni descriptione vani. Vanum enim cōmūniter describitur, q̄ vanū est qđ non p̄ebet fructum laboranti; nec fulcimentū in intentiōne nec plenitudinem continent. Omnia ergo bona que queruntur homines hic viuentes vana sunt. Primo quidē: quia nō prebent fructum laboranti sicut agricultura diceretur laborasse in vanum si ex ipsa agricultura nullus recollegitur frumentum. fructus aut̄ est ultimum qđ expectatur de arbore; et signat ultimum et summū bonū qđ debent homines virtutis expectare de laboribus suis. et hec est gloria eternae beatitudinis: quia bonū laborum est fructus gloriosus; sed talis fructus non habetur in vita ista: quia bona istius vite non sunt ultima bona que expectare debem⁹: et eo q̄ tale bonū erit in vita eterna. qz illa est ultimum finis. Unde aplus Roma, vi. Taberis frumenti vestrum in sanctificatione: finem vestri vitam eternam. Quasi dicat: fructus quē potestis habere hic non est finale bonū qđ est vita eterna sed ē sanctificatio dispones ad illam. Item bona istius vite dicuntur vanas: quia nō prestant fulcimentū in intentiōne: hoc ideo: quia sunt oīfīs mutabilis et transitoria. Et qui labenti invenit necesse ē ut ei labente abatur, et ideo non fulcunt in intentiōne: sed portus faciunt fuere. Unde qui confidit in diutius suis corruet in malum. Proverbi. Item bona istius vite dicuntur vanas: quia non dant plenitudinem continenti. Unde vanū dicitur qđ est vacuus: sed bona istius vite non replent neq̄ satiant hominū appetitum; et ideo sunt hominū vanas

## Sermo III.

sc̄y quia non repletiva sive satiatiua. Quia igitur bona hic viuentū non sunt bona ultimā: neq̄ bona stabilia: neq̄ bona repletiva: dicimus vniuersa vanitas, i. valde vana Eccl̄s. i. Vanitas vanitatis et oīfīs vanitas Nam si quodlibet bonū hui⁹ vite contineat aliquā vanitatē: sequit q̄ vniuersitas bonorum hui⁹ vite non solum sit vanitas: sed vanitas vanitatis. sc̄ respectu bono: aliter rūs vite quib⁹ beati mortui frumenti que sunt bona ultima et in eternū stabilia et plene satiatiua. Et q̄ bona huius vite cuncta subiecta vanitatis et homo efficitur similis his q̄ diligit, et sequit: cuī omnes homines hic viuentis huiusmodi bona sequant et diligāt: id omnes efficiunt vani. Unde Dicere, i. Amulauerunt post vanitatem et vani facti sunt, ps̄.cxliij. Homo vanitati similis factus est, et ideo potest dicere homo iustus hic vienes et tante vanitati subiect⁹ illō. Ione.iii. Ade huius est mihi mori q̄ viuere: precipue quia omnis homo viuens expectat mortis periculum; et de statu salutis sue semper habet dubium: nec potest etiā dum hic viuit habere beatitudinis premiū que consistit in dei visione qui dixit Ego. xxiiij. Non videbit me homo et viuet. A quibus omnib⁹ erexit sive mortui qui ad illam iam peruenierunt viatio nem. Ad quā nos perducat te.

De vigilātia necessaria propter ignorātiā temporis mortis. Sermo III.

**T**igilate quia nesciatis diem neq̄ horā. Matth. xxiij. Sicut dicit beatus Grego, Iaculā que privedit min⁹ ferunt. Et ratio est quia etiā homo non possit aliquando ictum iaculū omnino vitare ut nō feriatur: tamen si ante preuidat potest ictū clipeū vel aliam armaturā opponere ut saltē min⁹ ledatur. Unde aplus admonebat dicens Ephe, vi. In omnib⁹ instrumentis factū fidei in quo possunt omnia tela nequissimi ignea extinguerē. Similis: quis homo iaculū mortis vitare non possit: si tamē sibi contra eius ictum p̄uideat asūmēdo vigilātiā continuā et sollicitudinē bene viuendi: et cauēdo sibi a peccatis: mortis iaculū parum sibi nocebit. Et dico parum: qz dato q̄ perforet scutū corporis: ad aiā tamē lesio nō pertinet. Unde Sap̄.iiij. Justozū anime in manu dei sunt et non tanget eas tormentū mortis. Sed tandem qz dies vel hora qua homo iaculari p̄

## **H**ermontū funebriū

mortem debet ignoratur: oportet omni tempore vigilare id est sollicitum esse: ne cum mortis ictus inerme et imparatus inueniat, unde omni tempore oportet esse sub armis penitentie et esse sine somno torporis et negligentie. Et ad hoc hortat nos dominus in verbis propostis dicens, vigilate et. In quibus quidem verbis dominus facit tria.

**¶** Quia primo hortatur ad diligentiam operis, dicens, vigilate.

**¶** Secundo allegat ignorantiam hominum: quia necfit.

**¶** Tertio determinat circumstantiam temporis, scilicet diem et horam.

A

## **Circa primū aduertentia**

dum quod sum sententia beati Gregorii ille vigilat qui est absolutus a vinculo soporis, id est peccati, et sum hoc ille vigilat qui est in penitentia. Item ille vigilat qui habet aperitos oculos ad aspectum veri lumenis. Ites ille vigilat qui excutit a se somnum negligentie et torporis. Ad talen ergo vigilantiam hortatur nos dominus Matthaei, xxvi, dicens, Vigilate et orate ut non intretis in temptationem: spūs quidē promptus est caro autē infirma. In quibus quidem verbis tria facit.

**¶** Quia primo inducit ad illud quo somniū id est peccati vinculum endatur; cum dicit vigilate.

**¶** Secundo vero ad illud quo mentis oculus illuminatur; cum subdit, et orate tecum.

**¶** Tertio vero tangit illud ex quo negligentie et pigratie torpor generatur; cum addit, caro autem infirma.

**¶** Dicit ergo primo vigilare secundum somnum peccati per penitentiam expellendo. Notandum quod quando aliqui sunt in infirmitate gravi solent fieri vigiliae circa eosme cibis vel potum sumant qui sibi sunt nocui secundum que agrauent infirmitatem; solent etiam procurari remedia que allevient infirmitatem. Sic homo qui est in peccato est in gravi infirmitate; ideo debet vigilare ne appetitus cibis peccati sumat, quia istud aggrauat infirmitatem; et debet etiam peccare remedia que allevient secundum penitentiam. Eadem etiam in corpore humano nisi malū humorē natura expellat vel per medicinā vel per sudorem vel per minutiōnē vel per scabiem quod alias moritur. Ita certe quod diu est malus humor peccati in conscientia non debet homo dormire sed vigilare donec purgata sit conscientia

per medicinā penitentie; que facit sudorem in contritione; minutiōnē in confessione; secundum in sarcasē; et alioquin morit, et si ista faciat evadit morte. Apocal. iiij. Esto vigilans et confirmā cetera que moritura erant Eccl. xxxi. Vigilia honestatis talis faciet carnes, i. carnalitatem. Secundo inducit ad illud quo mentis oculi illuminantur secundum ad orationem quia secundum oculus intellectus aperteatur et aspicit ad verum lumen. scilicet deum, et ideo dicit orate tecum.

**¶** Et primo docet facere illud quo illuminatur; cum dicit, orate.

**¶** Secundo docet vitare illud quo obtemperatur in temptationem; cum dicit, ne intretis in temptationem.

Dicit ergo primo orate. Nota quod aliquis est in infirmitate solet purare orationes et ad sanctos mittere oblationes. Sic debet facere qui habet infirmitatem petri. Sed ad hoc quod oratio valeat oportet quod infirmi penites at alter nihil valeret. Unde gladio erigant pacem a deo petit qui cum peccandi proposito deum sibi reconciliari intendit. Et sicut nihil proficit medicamentum si adhuc sit in vulneri ferri; ita nihil proficit oratio illi cuius adhuc odium remanet in pectore. Thymo. iiiij. Nos inique egimus; iracundiam puocavimus; ideo circa inexcusabiles sumus. Ideo oportet quod oratio fiat in amore dei; ita tunc esset contraria, vnde sicut feruor ignis facit ascēdere aquā in olla; sic feruor charitatis orationē ante deum. Et nisi ignis ponat incensum fumus non ascendit. Vnde nisi ignis charitatis sit in cor deo non ascendit oratio. Un p. cxlii. Virgat oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Eccl. iiij. Qui diligit deum exorabit per patrem; et contingit se ab illis; in oratione dierum exaudiet. Deinde tangit illud quo oculus mentis offuscat quod est tentatio, vnde dicit ne intretis in temptationem; et non dicit, ut non tentemini; sed non intretis in temptationem. Nam illi qui videt locū periculosus non est in piallo; sed ille qui intrat. Sic qui tentat non est adhuc in loco periculis; sed quoniam intrat temptationē, i. quādō cōsentit; quia iam habet ibi peccatum affectus, ideo rogat eccliam. Et ne nos inducas in temptationem. Quādō mulier rogat a ribaldis et cōsentit eis non est fidelis, sicut quādō aīa rogata cōsentit multis qui sunt alioquin in bono statu, si si consurgat tentatio statim pereat. Un p. cxxviii. credunt et in tempore temptationis recessit. Luc. viij. Eccl. xliv. In tem-

### Distinctionis III

tatione inuenit est fidelis, q̄r beat⁹ vir qui suffert tentationē. **T**ertio cū dicat sp̄us qđe prompt⁹ est caro autē infirma.

**P**rimo ponit illud ex quo vigilantia et sollicitudo causat; cū dicit, sp̄us prop̄ta est.

**S**econdo vero illud vnde torpor et negligētia causatur et generat, sc̄z q̄r caro infirma.

